

Johann Gottfried Groß


Commentatio Exegetico-Theologica De Deo Pios Piorvmqve Posteris Non Deserente

Vitembergae: Prelo Ephraim Gottlob Eichsfeldi[i], MDCCLVI

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862224624>

Druck Freier  Zugang





1329 a.B.
48. b. 8.

Ta-1092 (13.)

2.

3. 12
20

4. 3.
19

5. 4.

6. 5.

17.

7.

16.

8.

11. 24.
28.


13. 33.
1.

10.

32.

30.

11. 1.



2.

3. 12
20

4. 3.
17

5. 5.

6. 5.

17.

7.

16.

8.

24.
128.

13. 33.
1.


10.

32.

30.

11.

1.



2.

3. 12
20

4. 3.
17

5.

6. 5.

17.

7.

16.

8.

24.
28.

13. 33.
1.

10.

32.

30.

11.

1.

COMMENTATIO
EXEGETICO-THEOLOGICA

DE

DEO

PIOS PIORVMQVE POSTEROS
NON DESERENTE



QVAM


AD ILLUSTRANDVM

PSALMI XXXVII. COMMA XXV

SISTIT

IOANNES GOTTFRIED GROSS

ECCLESIAE KALTENBORNENSIS ET LINDO-
VIENSIS PASTOR



VITENBERGAE MDCCLVI

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS.

22

20

23

19

24

5

17

16

8.

34
15.8

33
13

10

12

50

11

COMMENTATIO
EXEGETICO-THEOLOGICA

D. E. O.

PIOS PICTURAE POSTEROS
NON DESERENTE

AD THESTRANDVM

IOANNES GOTTFRIED GROSS

ECCLIAE KATHOLICAE ET LITUR-
GICAE PASTOR

WITTEBURY

1785

8.
ILLVSTRISSIMO GENEROSISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
IOANNI GOTTHELF
DE GLOBIG
POTENTISSIMI REGIS POLONIARVM
SERENISSIMIQVE SAXONIAE ELECTORIS
CONSILIARIO INTIMO
NEC NON
PRAESIDI
SVMMI RERVM SACRARVM
IN SAXONIA SENATVS
EMINENTISSIMO
CETERA
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO
MAECENATI
AETERNVM DEVENERANDO

22
20
23
19
24
25
17
16
15
8
13
10
2
30
11

VT ET
ILLVSTRI BV S MAGNIFICIS
SVMME VENERANDIS CONSVLTISSIMIS
ATQVE AMPLISSIMIS

D O M I N I S
EIVSDEM SVMMI SENATVS SACRI
CONSILIARIIS

ET
ASSESSORIBVS

MVLTO GRAVISSIMIS
PATRONIS MEIS

SVMMOPERE COLENDIS
NE A DEO DESERANTVR
SED HVNC SEMPER HABEANT AMICISSIMVM
EQVE ANNVENTE
PERPETVA FRVANTVR FELICITATE
EX ANIMO VOVENS
HANC QVALEM CVMQVE COMMENTATIONEM
SVBMISSA MENTIS VENERATIONE

D. D. D.

A V T O R.



Θεσ συν παλαμα.

TEXTVS HEBRAICVS:

נער הייתי גם-אֶקְנִיתִי וְלֹא בָאִיתִי צְדִיק גְּעֹזֵב וְרָעוּ
מִבְּקֶשׁ-לֶחֶם :

VERSIO LXX INTERPRETVM:

Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήγασα, καὶ ἔκ εἶδον δίκαιον
ἐγκαταλελειμμένον, ἔδὲ τὸ σπέρμα αὐτῆ ζιτῆν ἄρτας.

VERSIO VVLGATA:

*Iunior fui, etenim consenui, et non vidi iustum de-
relictum, nec semen eius quaerens panem.*

VERSIO SEBAST. CASTELLIONIS:

*Puer fui, et iam senui, neque tamen vidi iustum
derelictum, aut eius progeniem desiderare victum.*

VERSIO B. LVTHERI:

*Ich bin jung gewesen und alt worden, und habe noch
nie gesehen, den Gerechten verlassen, oder seinen Saamen
nach Brodt geben.*

A

SECTIO

20
20
23
19
24
25
17
16
15
13
10
11

SECTIO EXEGETICA.

§. I.

*Auctor huius
Psalmi.*

Quis auctor fuerit sacri carminis, ex quo praesens dictum desumptum est, non sollicitè nobis est inquirendum, cum in ipso Psalmi titulo: לְדָוִד Dauidis, sub adsp̄ctum auctor veniat; estque haud dubie om̄issus מִזְמֹר Psalmus. Eundem habent titulum *Psalms.*

XXXII. XXXIV. XXXV. aliique. Auctor est Dauides, filius Isai, secundus rex Israelitarum, de quo Samuel vates: quaesivit, inquit, sibi Dominus אִישׁ בְּלִבְבוֹ virum secundum cor suum, *I. Sam. XIII. 14.* Qui rex instinctu inflatuque diuino carmina contexit. Etenim cum ipse de se testetur *II. Sam. XXIII. 2.* Spiritum Domini locutum esse per se etc. quis dubitabit, etiam nostrum hunc Psalmum Dauidem, diuinitus adflatum, condidisse? Si vero quaerat quispiam, vtrum ille Psalmum hunc iuuenis, an vir, an senex composuerit, scito, eum iam prouecta aetate carmen hoc fuisse, vt ex ipso nostro dicto apparet, et Paulo post §. VIII. hac de re agetur.

§. II.

Occasio.

NON est dubium, Dauidem permultos pepigisse Psalmos occasione aliqua data, vti videtur e Psalmo LI, vbi titulo Psalmi adiungitur occasio carminis huius faciendi, nimirum vate Nathane Dauidem conueniente, cum Bathseba congressum. Conf. Psalm. LII. LIV. LVI. LVII. LIX. LX. et cet. Haud alienum a loco foret nostro, si quis diceret, considerationem contemplationemque felicitatis impiorum dedisse Dauidi

Dauidi ansam, Psalmum hunc scribendi, vel etiam miseriae, calamitatesque et querelae piorum. Sed non est, quod diu multumque inuestigemus causam criminis huius confexendi, utpote quae nobis ante oculos se sistit in ipso Psalmo nostro v. 35. vbi Dauides: vidi vel noui, inquit, impium violentum, viridis instar lauri virentem etc. Cognouit igitur procul dubio Dauides hominem quendam impium, fortasse principem regni vel aulae suae virum, qui cum, rebus omnibus ex sententia gestis, aliquamdiu floruiisset, miserrime vitam finiuerat. Forsitan ipse Saulus, antecessor et focer Dauidis, est, qui vati carminis huius canendi elaborandae ansam dedit.

§. III.

Si Psalmum hunc a capite vsque ad extremum *Argumentum.* perlustramus, absque vilo negotio cognoscimus, argumentum eius maximam consistere partem in adhortatione ad mansuetudinem ac perseuerantiam in vera pietate. B. Lutherus: dictum, inquit, *Matth. V. 5. beati mites, nam ii terram possidebunt*, est glossa et explicatio huius Psalmi. Dehortatur praeterea vates probos ac bonos ab indignatione et inuidia, cum prosperitates improborum secundasque res viderint. Docet enim seruos Dei fideles, impiorum felicitatem esse caducam, fragilemque ac cito transeuntem, v. 2. 9. 10. 15. 17. 20. 22. 28. 36. 38. Contra ostendit iisdem, quam bene ipsis futurum sit, si recto tramite perrexerint, ac probitatem strenue fuerint sectati; et quamuis nonnunquam infortunium aliquod eos adortum fuerit, illud tamen fore nubeculam tantum mox transituram; in omnibus miseriis secum considerent et contemplantur

tur finem, qui felicissimus prosperrimusque sit futurus. vid. v. 4. 5. 6. 9. 11. 17. 18. 19. 22. 23. 24. 26. 27. secundum fontes: *tunc semper vel in aeternum manebis*. Item v. 28. 29. 33. 34. 37. 39. 40.

§. IV.

Personae, cum quibus loquitur, et scopus.

ET huc pertinet etiam comma nostrum quintum et viceesimum, quod nihil aliud est, quam responsio ad querelam piorum; qui intuentes fortunam impiorum secundam, simulque suam ipsorum aduersam, potuissent cogitare, se prorsus esse abiectos a Domino ac repudiatos: sed respondet Dauides, Deum vsque adeo prouidam eorum curam habere, vt neque ipsos, neque posteros ipsorum vnquam sit derelicturus. Ex quo apparet, quinam illi sint, quos alloquitur Dauides in hoc Psalmo, et quis sit scopus illius. Iusti sunt, vt eos vocat, et fideles Dei serui, quos alloquitur et consolatur. Scopus vero Psalms est, vt hos corroboret atque confirmet in fide et spe in Domino collocata, eosque adhortetur, ne sint animo fracto ac demisso, sed potius omnem spem omnemque fiduciam in Deo fidentissimo reponant, nunquam ipsos posterosque deserturo. Notandum quoque de hac cantione, quod alterni eius versus in Hebraeo scripti sint ordine litterarum, praeter ע, quod caret, et ז, quod bis positum est.

§. V.

De voce נער

Vox נער descendit a radice נער, *excussit, euacua-uit*, etc. et varie sumitur. Notat enim puerum recens natum; Angelus de Simfone ait: *erit deuotus Deo* מן-הבטן *puer ab utero*, Iud. XIII. 7. Moses, vix tres menses natus, vocatur נער, Exod. II, 6. Significat praeterea puerum. Nam pueri vati Elisaeo illudentes

dentes dicuntur נערים קטנים *pueri parui*, II. Reg. II. 23. Imo notat adolescentem et iuuenem; sic Iether, filius Gideonis, vocatur נער *Iud. VIII. 20.* Et Iosephus appellatur נער licet iam tringinta annos compleisset, *Gen. XLI. 12. coll. 46.* Saepe etiam vsurpatur de seruis, vt Latinorum puer, et Graecorum παις, vide *Gen. XXII. 3.* Abrahamus cum filium Isaacum Dei iussu immolaturus proficisceretur, dicitur secum asportasse נערי אב־שני duos de pueris suis, i. e. de seruis. Nonnunquam idem est ac adiectiuum tener; *I. Sam. I. 24.* de Samuele dicitur נער והנער *puer vero erat admotum tener.* Ex quibus apparet, notionem נער perlate patere, et totam vitam iuniorum ab infantia ad virilem vsque aetatem complecti. Conf. EDVARDI LEIGH *Critica sacra* sub voce נער p. 304. B. LUTHERVS recte reddidit: *ich bin jung gewesen*, quod respondet fonti, vt et versioni graecae ac vulgatae.

§. VI.

הייתי *fui*, a rad. היה *fuit*, quae propria est significatio huius verbi, nec dubium est, quin *Gen. III. 22.* eodem sensu sumatur, cum Deus dicit הן האדם היה *en, hic Adam fuit sicut vnus ex nobis*, hoc est, habuit quidem imaginem nostram, sed non amplius habet. Conf. *Ezech. XXXIII. 33.*

§. VII.

גם *etiam*. Interdum idem est ac insuper, quin imo; *Esth. VII. 9.* dicit Harbona, vnus spadonum, regi: העץ הזה גם הנה העץ *quoniam imo ecce crux haecce*; quam Haman erigendam curauit Mardocheo, et cet. Sic *Deut. XII. 31.* גם כי quid? quod liberos suos diis suis igne cremauerunt. In nostro dicto prior, vel etiam posterior

A 3

rior

rior significatus locum habet. Dauides: *iuuenis*, inquit, *fui, quin imo senex factus sum* etc. B. LUTHERVS non incommode *und* interpretatus est.

§. VIII.

זקנתי *Consenui, senex factus sum.* Hic Dauides indicat aetatem, qua huic Psalmum exarauit; nempe fecit eum non in iuuenilibus annis, quibus nonnullos Psalmos scripsit, maxime cum a Saulo premeretur, et ad hostes Israëlicarum perfugere cogeretur, sed natu grandior, cum multos iam annos regno praefuisset, adeoque permulta esset expertus.

§. IX.

ולא *et non.* Bene LUTHERVS: *und noch nie* latine reddendum est *sed, vero*; vt *Iud. XIX. 10.* ולא-אבה *sed* nolebat homo, sc. ibi manere. Ita καὶ in N. Test. vsurpatur, *Act. VII. 5.* καὶ αὐτὸν εἰσαγαγόντες, Deus vero Abrahamo non dedit haereditatem. Et v. 9. eiusdem capituli: καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ, *sed Deus erat cum illo*, sc. Iosepho; LUTHERVS: *aber Gott war mit ihm.* לא hoc loco idem est ac *nunquam*, *I. Reg. II. 4.* לא-יכרה לך *לא* *nunquam excindetur tibi vir* etc. i. e. *nunquam* deerit, qui ex genere tuo solium Israëlicarum teneat. Hoc sensu occurrit בל cui לא aequipollet *Pf. X. 6.* *impius dicit in corde suo בל-אפרט* *nunquam movebor*: item אע, *Sirac. XXXIX. 9.* scil. vers. gr. αὐτὸς ἀποστήσεται τοῦ μνησθῆναι αὐτὸν, *nunquam deficiet memoria illius* etc.

§. X.

ראיתי *vidi.* ראה proprie significat *videre*. Notat vero etiam visum cum delectatione, inprimis si cum ב construitur, ex. gr. *Pf. XXII. 18.* יראו-בי ipsi intuentes me

me. cum voluptate adspiciunt, quod LUTHERVS no-
 fter probe obseruauit. Sic *Pf. XXXV.* 21. dicitur: vi-
 dit oculus noster sc. cum delectatione. *Conf. Pf. LIV.*
 9. Hoc verbum habet quoque significationem praeci-
 endi, v. 13. huius *Psalmi XXXVII.* quia videt scil.
 Dominus, quod veniat dies eius, nempe impii; et pro-
 uidendi, *Gen. XXII.* 8. אלהים יראה-לו השם לעלה
 Deus prouidebit ipse sibi ouem ad immolandum, re-
 spondet Abrahamus filio; Et noscendi, v. 35. nostri
Psalmi dicitur: ראיתי רשע vidi, i. e. noui impium; Item
 experiendi, *Pf. CVII.* 24. המה ראו מעשי יהוה qui, scil.
 nautae et mercatores, experti sunt opera Domini.
Conf. Pf. LXXI. 20. אשר הראיתני צרות רבות ורעות
 qui videre vel experiri me facis angustias multas et
 malas. Nonnunquam ראה, quod proprie oculorum
 est, de aliis etiam sensibus vsurpatur, vt Latinorum vi-
 dere: v. gr. de auditu; euolue *Gen. XLII.* 1. collato
Act. VII. 12. Quod enim ibi dicitur: cum autem vide-
 ret Iacobus, annonam esse in Aegypto, hoc Lucas
 posteriori loco sic expressit: ἀκούσας Ἰακώβ, ὅτι εἶσεν ἐν
 Αἰγύπτῳ, audiens Iacobus, esse frumenta in Aegypto.
 A qua significatione locus noster non abhorret, licet
 nobis notio experiendi et pernoscendi, quae paullo
 generalior est, huic praeferenda videatur. Vult ita-
 que Dauides dicere: iuuenis fui, quin imo senex fa-
 ctus sum, sed nunquam expertus sum neque in iuuentu-
 tute, neque in senectute; nunquam noui iustum a Deo
 relictum. *Conf. LEIGH* l. c. sub voce ראה p. 446.

§. XI.

צדיק *iustum*, i. e. *iustos*, per enallagen numeri. Radix
 est צדק, iustus fuit, in Hiphil הצדיק *iustum* fecit, pro-
 nuncia-

צדיק

nunciauit. Seruator noster iustissimus vocatur κατ' ἐξο-
χην iustus, *Ef. LIII. 11.* vbi vates, vel potius Deus pa-
ter per vatem Esaiam dicit: בדעתו יצדיק צדיק עבדי
לדבירי per cognitionem sui iustos faciet seruus meus
multos. Nam hic sanctissimus Dei filius est יהוה צדקנו
Dominus iustitia nostra, *Ier. XXIII. 6.* Et per hunc
solum iusti pronuntiamur absoluimurque a peccatis.
Reddimur vero participes huius iustitiae Christi per-
fectissimae per solam fidem, teste Paulo *Rom. III. 28.*
λογιζομεθα εν πιστι δικαιωσαι ανθρωπον χωρις εργα νομου,
arbitramur igitur fide iustificari hominem absque operibus
legis. Item v. 22. eiusdem cap. δικαιοσυνη Θεου δια πιστεως
Ιησου Χριστου εις παντας και επι παντας της πιστευοντας,
iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes et super omnes
credentes scil. venit.

§. XII.

*Synonyma iu-
sti.*

IUSTVS hoc loco idem est ac *pius, probus.* Illis
nimirum, qui in N. Test. vocantur δειλοι Θεου, αγαθοι,
δικαιοι, εκλεκτοι, μαθηται, πιστοι, αδελφοι, etc. - Saepenum-
ero in V. Test. nomen iustorum imponitur, siquidem
vocabulum iusti in hoc Psalmo nouies positum est.
Praeterea pii aliis pulcerrimis ornantur nominibus,
quae quidem huc non spectant, nihilominus tamen
propter ipforum praestantiam non possum non aliquot
eorum in medium proferre. Vocantur vero ישרי-לב
recti corde, *Pf. VII. 10.* חסידים benigni, pii, *Pf. XCVII.
10.* ענוים mansueti, *Pf. X. 17.* אמונים fideles, *Pf. XII. 2.*
יהוה שמרי מצותיהוה conseruantes praecepta Domini, *Exod.
XX. 6.* אביונים egeni, *Pf. XII. 6.* יהוה עדתיהוה per-
noscentes testimonia Domini, *Pf. CXIX. 79.* דרשי
יהוה quaerentes Dominum, *Pf. IX. 11.* יהוה שםיהוה
non

non ignorantes nomen Domini, *Pf. IX.* 11. חוסים ביהוה
 fidentes Domino, *Pf. XVIII.* 31. יראי יהוה timentes
 Dominum, *Pf. XXXIV.* 10. קדושים sancti, *Pf. XVI.* 3.
 עניים pauperes, *Pf. XII.* 6. אדירים magnifici, nobiles
Pf. XVI. 3. עבדי יהוה serui Domini, *Es. LXV.* 13. 14.
 דרך recti via, seu recta via incedentes, *Pf. XXXVII.*
 14. תמימים integri, perfecti, eod. v. 18. מברכי יהוה be-
 nediſti Domini, eod. v. 22. קוי יהוה spem habentes in
 Domino, eod. v. 9. טובים boni, *Pf. CXXV.* 4. אהבי יהוה
 amatores Iehouae, *Pf. XCVII.* 10. בני-האלהים filii
 Dei, *Gen. VI.* 2.

§. XIII.

Pii vocantur iusti, non solum ac praecipue, quia Cur pii vocen-
tur iusti. per fidem in Christum iusti reputantur, verum etiam
 quia iustitiam vitae sectantur, et omnem mouent lapi-
 dem; vt σωφρονως και δικαως και ευσεβως uiuant, *Tit. II.*
 12. vel, vt Paullus exprimit alio loco, δικαιωσιν δικαιοσυνην,
 sectantur iustitiam, *I. Tim. VI.* 11. Διωξουσιν τον αγιασμον,
 & αμαρτιας εδεις αφεται τον Κυριον, persequuntur sanctitatem,
 sine qua nemo videbit Dominum, *Ebr. XII.* 14.

§. XIV.

נעזב *relictum*, est partic. in Niphal, diciturque נעזב
 pro נעזב ob gutturalem. Radix est עזב *reliquit*, *deser-*
ruit. Nonnunquam hoc verbum habet contrariam si-
 gnificationem, *fortificandi, confirmandi, iuuandi*, vt *Ne-*
hem. III. 8. et *fortificabant* urbem Hierosolymam etc.
 Nonnulli putant, eundem significatum esse huius verbi
Exod. XXIII. 5. vbi de asino inimici sub onere iacente
 agitur. עזב occurrit etiam v. 33. nostri Psalmi, vbi *tra-*
dere notare videtur: sed Iehoua non *tradet* eum, scil. iu-
 stum, in manum impii. Item v. 8. vbi idem est ac *de-*
finere,

B

finere,

sinere, חמה ועזב et *desine* succensere. *Pf. X. 14.* habet significationem *commendandi*; עלך יעזב חלכר- pau- per *commendat* tibi scil. miseriam suam. Quod ad lo- cum attinet nostrum, primo intuitu apparet, ibi non nisi propriam et ordinariam significationem *deserendi* va- lere. Conf. v. 28. huius Psalmi, vbi de Domino dicitur לא-יעזב את-חסדיו non derelinquet pios suos etc.

§. XV.

A quonam ius-
tus non dere-
linquatur.

SED a quonam non derelictum vidit Dauides iustum? Id perspicimus e commate antecedente, vbi sacer vates canit: Si cadit bonus, haud proiicitur, quia Iehoua manum eius tenet. Hic videmus, quis ille sit, qui pios non deserit; est Iehouah, illud summum et maxime venerabile Numen, quod a nemine dependet, et a quo omnia dependent. Hoc nomen summi Dei tam sanctum a Iudaeis habetur, vt vereantur illud ore eloqui; siquidem notissimum est, Iudaeos in hodiernum vsque diem loco Iehouah Adonai dicere, quod ii obseruant, qui die sabbathi synagogas Iudaeorum ingrediuntur, eorumque sacris interfunt. Hoc nomen complectitur praeteritum, praesens ac futurum tempus. Euolue *Apoç. I. 4.* et inuenies explicationem huius nominis. Etenim Deus ibi vocatur ο ων, και ο ην, και ο ερχομενος, ille, qui est, qui erat, et qui venturus est.

§. XVI.

זרעו

et *semen eius*. Radix est זרע *seminavit*. זר femen tum de herbis, tum de animantibus dicitur, conf. *Gen. I. 11.* In primo euangelio *Gen. III. 15.* legitur haec vox, notatque ibi singularem personam, quae ex posteris Euae multa post secula in lucem edenda

da erat, nempe Messiam, peculiari modo e virgine nasciturum. De homine si est sermo, proprie vox haec filium vel filios aut liberos notat; *Gen. XXI. 13.* Deus Abrahamo: etiam filium, inquit, ancillae gentem faciam, *וְהָיָה לְךָ בֵּן זָרַע הוּא* quia semen tuum ipse sc. est. Et *Gen. XLVIII. 11.* Iacobus dicit Iosepho: me faciem tuam visurum non putassem, *וְהָיָה הָרְאָה אֶתִּי אֱלֹהִים בָּבֶל* et ecce videre me fecit Deus etiam semen tuum, i. e. filios tuos. Cum de Messia dicitur, quod habeat semen, intelliguntur vere credentes, vid. *Ef. LIII. 10.* Si animam suam Messias piaculo exposuerit, semen adipiscetur diuturnum etc.

§. XVII.

SAEPISSIME vero in sacris litteris per *semen* intelliguntur *posterii*, v. g. *Gen. XXII. 17.* Abrahamo dicit Deus: Per me iuravi, quod *semini* tuo omnino benedicturus idque aucturus sim sicut stellas caelorum et arenam in maris littore iacentem. *Ef. I. 4.* Impii vocantur *זרע מרעים* *semen*, vel *posterii malignorum*. Conf. *Pf. XVIII. 31.* Quae duplex significatio est loci nostri: et *semen* eius, hoc est, *liberos ac posteros* eius, et quidem probos.

§. XVIII.

מבקש *quaerens*, est partic. in Piel. *בקש* notat *quaesivit, petiit, voluit* etc. EDWARDVS LEIGH in *Critica S. Vet. Test.* sub voce *בקש* dicit: significat precibus rem aliquam quaerere, expetere auxilium et consilium ab illo, qui id potest largiri: significat quaerere rem aliquam magno studio, huc illuc cursitare, nullumque non mouere lapidem, vt eam inueniamus; studio-

studiose quaerere, summo conatu, manibus pedibusque. A LXX interpretibus vertitur per ζητω, αναζητω, ενζητω, επιζητω, quae sunt verba denotantia inquisitionem extraordinarie accuratam. Haec EDVARDVS LEIGH l. c. Nos pauca loca allegabimus, ex quibus videre licebit, vera esse, quae LEIGH de hac voce protulit. *Eccl. VII. 29. sc. Cod. Ebr.* והמה בקשו והמה רבים sed ipsi quaerunt rationes multas. *Ezech. XXXIV. 16.* dicit Dominus: אתה האבדת אבדתיך sc. ouem quaeram, *Deut. XIII. 11.* כי בקשך quia conatus est abducere te a Iehouah Deo tuo etc. *Pf. XL. 15.* Dauides vocat impios מבקשי נפשי quaerentes animam meam. Contra pii appellantur מבקשי יהוה quaerentes Dominum, *Pf. eod. v. 17. Conf. Hof. III. 5.*

§. XIX.

De eadem voce.

IN N. Test. itidem ζητειν significat quaerere aliquid magno studio. Notum est illud Seruatoris *Matth. VI. 33.* Ζητετε πρωτον την βασιλειαν του Θεου κ. τ. λ. quaerite primum regnum Dei etc. Item Paulli *Col. III. 1.* Ει εν συνημερωθητε τω Χριστω, τα ανω ζητετε κ. τ. λ. si igitur resurrexistis vna cum Christo, superna quaerite etc. *Luc. XV. 8.* mulier, perdita vna drachma, perhibetur accendere lucernam, et verrere domum, και ζητειν επιμελως, et quaerere diligenter, donec inueniat. Sic in loco nostro מבקש significat misere, magnoque cum periculo quaerens ac labore.

§. XX.

לחם

לחם panem, seu victum, ponitur pro לחם propter Silluk. Radix est לחם edit, pugnavit. Haec vox

vox in genere notat omnem victum et cibum, *Prou. XXX. 8.* חקי לחם המריפני ale me victu meo debito, *Gen. III. 19.* בזעת אפוך תאכל לחם in sudore faciei tuae edes panem, dicebat Deus Adamo, cum peccasset. Deinde sumitur pro fructu arboris, *Ier. XI. 19.* בשחיתה בלחמו עץ exstirpemus arborem cum fructu suo! clamabant hostes Ieremiae. Notat etiam carnem, si de animalibus agitur, imo sacrificium ipsum, vid. *Leu. III. 11.* Κατ' ἐξοχην לחם significat panem, quia est communis et quotidianus hominum cibus. Conf. LEIGH in *Crit. S.* sub voce לחם p. 250.

§. XXI.

Sic in N. Test. αετος varias admittit significatio-
nes. Notat enim panem, quod vel pueris non igno-
tum est. Deinde per αετον intelligitur saepius epulum
et cibus lautior. Sic dicitur Christus *Luc. XIV. 1.* in-
troiuisse in domum cuiusdam principis Pharisaeorum,
Φαγειν αετον, esurus panem, hoc est, conuiuio interfu-
turus. Quinimo Christus, dicens *Matth. VI. 11.* τον αε-
τον ημων τον επιρισιον δος ημιν σημερον, panem nostrum quo-
tidianum da nobis hodie, videtur omnia bona corpora-
lia, omniaque ad hanc vitam naturalem pertinentia
sub voce αετα comprehendere, quemadmodum etiam
B. LUTHERVS in quarta petitione explicuit. Cum vero
Christus ait *Iob. VI. 51.* Εγω ειμι ο αετος ο ζων, ο εκ τε κρα-
νε καταβας κ. τ. λ. ego sum panis viuus, qui de coelo
descendit etc. quis non videt, sermonem ibi non esse
de pane naturali et corporali, sed de cibo spirituali
et supernaturali? et velle dicere Seruatorem: ego sum
antypus mannae, panis illius caelestis, quo Israelitae
vescebantur in desertis?

B 3

§. XXII.

22
20
23
19
24
17
16
15
13
10
30
11

§. XXII.

Quid hoc loco
לחם signi-
ficet.

Hoc loco לחם idem est ac victus, cibus, quod non modo per se clarum est, sed maxime quoque apparet ex *Thren. I. 11.* vbi tota haec locutio מכקש לחם inuenitur, videmusque, quod לחם aequipolleat אכל cibo. Sed quomodo latine reddendum est *מבקש לחם* quaerens panem? Ita transferendum est: laboriose ac misere, vel etiam ostiatim mendicando victum quaerens. B. LUTHERVS certe sic intellexit, qui germanice conuertit: *nach Brod gehen.* Locus *Thren. I. 11.* sane non aliam admittit significatum, vbi vates Ieremias quaeribunda voce ait: כל-עמה נאחזים מבקשים: כל-עמה לחם נתנו מחמודיהם באכל להשיב נפש. *לחם* omnis populus eius gemebundi victum quaerentes, ea, quae habent carissima, pro cibo dant ad vitam recreandam.

§. XXIII.

Sensus verbo-
rum dicti no-
stri posterio-
rum.

SED quomodo explicanda sunt haec verba: *Nunquam vidi iustum derelictum, et semen eius quaerens panem?* Non mihi hic exspatiari licet in *Vet. Test.* praecipue *Psalmoreum commentarios*, (quorum ne vnus quidem mihi ad manus est) et colligere diuersas de hoc loco interpretum sacrorum sententias, easque ordine aliam super aliam ponere, ac deinde lectoris arbitrio relinquere, quam potissimum earum veram, et sensui Spiritus Sancti maxime consentaneam, habere velit, qui mos multorum est. Sed vnam tantum atque alteram sententiam, quae meditati mihi in mentem venit, adferam; deinceps dicam, quaenam earum mihi cum primis arrideat, et quae cum sensu Spiritus diuini potissimum congruere mihi videatur.

§. XXIV.

§. XXIV.

RECTE omnino se habet versio Lutheri nostri, neque inde colligere licet, mentem sacri scriptoris fuisse, quasi Deus nunquam pios eorumque posteros tantoperè derelinquat, ut hos oporteat victum misere, etiam mendicando, quaerere: Sed interpretationi huic si accesseris, Davidis tantum veram hanc esse sententiam scito: se quidem per totam vitam neminem vidisse, qui a Deo usque eo fuerit repudiatus desertusque, ut necesse habuerit, miserrime, vel etiam ostiatum, victum quaerere. Non autem ideo Psaltes omnes parce ac duriter se habentes, aut stipem colligentes homines, impiis adnumerat, impiorumque iudicat esse nepotes.

Prima explicatio horum verborum.

§. XXV.

VERVM enim vero, stante hac explicazione: nunquam vidi iustum derelictum, neque vidi semen seu posteros eius mendicantes; omnino inde concludi potest, omnes mendicos, omnesque miseriis et aerumnis pressos, non descendere a piis parentibus, sed esse progeniem malorum, ipsosque esse impios; quod veroneutiquam veritati caelesti est consentaneum, utpote quae exempla miserrimorum hominum oculis subiicit nostris, de quibus tamen testatur, fuisse illos pios et post mortem venisse in sedem beatorum.

Difficultas huius explicationis.

§. XXVI.

ALIIS omissis, Lazarum tantummodo adspiciamus, ad fores iurconis iacentem, ac de micis, diuitis de mensa cadentibus, saturari cupientem, *Luc. XVI. 20. 21.* Nonne hic erat vere מבקש לחם quaerens panem? nihil.

Quae amplius ostenditur.

hilomus tamen Christus, qui ipsa est veritas, grauissimum perhibet testimonium, vix mortuum illum deportatum fuisse ab angelis in sinum Abrahami, quo fratres lurconis, aliique huius fursuris homines, Deique hostes, haud - quaquam perueniunt. Sed dicat aliquis: haec est parabola; parabola non habet vim probandi. Respondemus: licet parabola sit, tamen ea ipsa probari potest: dari miserrimos atque pauperrimos homines, qui non ideo a Deo sint deserti, sed potius filii, summo multo iucundissimi parenti.

§. XXVII.

Secunda expositio.

ITAQVE et sic reddi queunt verba: nunquam vidi iustum derelictum, quamuis panem quaesierit semen eius. Nam $\tau\omicron$ γ admodum varias admittere significationes, iis non est ignotum, qui codicem ebraeum diurna nocturnaue manu versant; et eiusmodi varii significatus $\tau\epsilon$ γ possunt legi in SALOMONIS GLASSII *Philologia sacra*, praesertim *Grammat. Sacra, Libr. IV. Tract. II. Obseru. VII. p. 873. f.*

§. XXVIII.

Vau nonnumquam significat licet, quamuis.

Hoc Vau vero inter alias significationes notat etiam quamuis, v. gr. *Gen. XVIII. 27.* Ecce, inquit Abrahamus, volui alloqui Dominum, ונכני עפר ואפר, quamuis ego sim pulvis et cinis. Sic *Gen. XLVIII. 14.* Et extendit Israël dextram suam, imposuitque eam capiti Ephraimi והוא הצער licet hic esset minor natu. Item *II. Sam. IX. 11.* Ziba dicit regi Dauidi: ומפּיבֶּטֶח quamuis Mephiboseth hucusque comederit ad mensam meam, sicut vnus de filiis regis. Pari modo נא in N. Test.

Test. vsurpatur, *Act. VII. 5.* Deus non dedit Abrahamo possessionem in ea, sc. terra, ne vestigium quidem pedis, καὶ ἐπιγγείλατο αὐτῷ, quamvis pollicitus esset, se illam daturum ei etc.

§. XXIX.

POSSENT quoque verba sic exprimi: et nunquam ^{Tertia enodatio.} vidi iustum, et eius semen, quaerens panem, derelictum. Si quis obiiciat, Atnach, accentum maioris distinctionis, non permittere, ut verba, quae hunc sequuntur, ad antecedentia retrahantur: notandum, Atnach esse quidem accentum distinctionum maiorem, sed eum non semper antecedentia a consequentibus seiungere. Atnach enim nonnunquam idem est ac Latinorum colon, saepissime commatis tantum vim habet, quod innumeris exemplis ex Psalmis aliisque Vet. Test. voluminibus demonstrari posset.

§. XXX.

INTERDVM Atnach plane non discernit antecedentia et consequentia. Ex. gr. *Ier. XXVI. 1.* in principio regni Iehoiakim, filii Iosiae, regis Iehudae, factum est verbum hoc a Domino, dicente et cet. Hic ^{Atnach interdum non distinguit antecedentia a consequentibus.} sub voce Iehudae est Atnach, qui tamen tantum abest, ut antecedentia disiungat a consequentibus, ut potius eadem arctissime coniungat. Idem dicendum est de v. 7. huius capituli, ubi Ieremias: cum audiuissent, inquit, facerdes, prophetae et omnis populus Ieremiam loquentem verba haec in aede Domini et cet. Hic Atnach est sub voce populus; sed quis diceret, Atnach distinguere hoc loco antecedentia a consequentibus?

C

§. XXXI.

§. XXXI.

Vau idem ac
Latinorum
neque, nec.

DENIQUE notandum, quod Vau interdum idem fit, quod Latinorum *neque*, *nec*. *Pf. XXXVIII. 2.* Domine, non in ira tua redargue me, ובחמתך חיסרני *neque* in calore tuo castiga me, rogat Dauides. Hic sole meridiano clarius est, vau non nisi per *neque* exprimendum esse. Sic *Pf. I. 5.* Ideo haud stabunt impii in iudicio וְחַסְדֵי יְהוָה בְּעֵדוּת צְדִיקִים *neque* peccatores in coetu iustorum. Et *Pf. II. 12.* Osculamini filium, ne irascatur, וְתִאבְדוּ דַרְךְ *neque* vos pereatis in via etc.

§. XXXII.

Quarta, eaque
maxime proba-
bilis explicatio.

HINC omnium rectissima interpretatio mihi videtur, si verba ita transferantur: *neque* vnquam experius sum, iustum a Deo esse derelictum, *neque* semen eius, quaerens panem, sc. esse derelictum. Si quis obii- cere velit, allegata loca huc non spectare, quia in iis לֹא לֵאלֹהִים וְבַן in praecedentibus commatibus posita, semper sint repetenda: respondemus, non esse negandum, has particulas in dictis locis posse repeti, sicut et in nonnullis repetuntur, v. gr. *Pf. VI. 2.* Item *Pf. XXXVII. 1.* hic et ibi לֹא repetitur. Sed nihil impedit, quo minus et nostro in loco possit particula לֹא repeti, adeo vt sensus sit: non vidi iustum relictum, non vidi etiam semen eius derelictum. Est vnus idemque sensus, siue repetas לֹא siue ׀ reddas per *neque*. Accedunt etiam nostrae sententiae LXX Interpretes, qui graece transtulerunt: ἄθε το σπέρμα αὐτοῦ ζῆταν ἄρτους: et vulgata, quae habet: nec semen eius quaerens panem.

SECTIO

SECTIO DOGMATICA.

§. I.

CVM dictum nostrum agat de Deo, pios non de-
ferente, quaeritur, quid sibi velit haec formula
dicendi: Deus deserit, vel non deserit homines.

*De phrasi:
Deus deserit
vel non dese-
rit homines.*

Quae quaestio pertinet quidem ad sectionem antecede-
ntem; sed cum haec inopinato paullo longius excre-
uerit, haud ab re fore arbitror, si in hac sectione do-
gmatica de illa agatur.

§. II.

HOMINES per saepe deserunt eos, qui neutiquam
sunt deserendi. Sic miles derelinquit vexillum et cen-
turiam suam, cum iurauerit, se nunquam illam deser-
turum. Maritus destituit vxorem, et longe abit extra
patriam; vel si in eodem loco, vel patria, non tamen
in iisdem aedibus et hypocausto manet: quae desertio
vocatur malitiosa.

*De desertione,
qua homo ho-
minem deserit.*

§. III.

CVM vero Deus relinquit hominem, multo ali-
ter se res habet. Non enim ita illum destituit, vt lon-
ge ab eo abeat; siquidem Deus est vbique praesens
et omnia implet: *quo vadam*, inquit Dauides *Pf.*
CXXXIX. 7. sequ. a Spiritu tuo, et quo fugiam a fa-
cie tua etc. Sed si Deus hominem relinquit, derelinquit
eum secundum gratiosam suam praesentiam, subducit
illi omne solatium, quod ex vnione cum Deo fluit,
vel relinquit eum, sublata mansione gratiosa, suae ipsi-
us voluntati et cupiditatibus, vsque eo, vt eiusmodi
homo in maiora plerumque peccata ac scelera ruat,

*De desertione,
qua Deus ho-
minem deserit.*

libidini Satanae exponatur, variis calamitatibus obruatur, et tandem, nisi respiscat, in miserias incidat aeternas.

§. IV.

*Impii derelin-
quuntur a
Deo.*

PRIORI et posteriori modo relinquuntur a Deo omnes, qui huic aduersantur, et sanctissimae eius voluntati obsequi renuunt. Iusti enim ac pii si deseruntur a Deo nunquam, sequitur, quod impii et iniusti a Deo derelinquantur. Quod probatur *Hof. IV. 6.* vbi Deus alloquitur impios Israelitas: quoniam, inquit, tu reiecisti scientiam, ego te reiiciam a sacerdotio: et quia oblitus es legem Dei tui, ego quoque natos tuos obliuioni dabo. Notissimum etiam est exemplum Sauli, principis Iudaeorum Regis, qui cum dicto non audiens esset Iehouae, adeoque eum sperneret et desereret, a Deo abiiciebatur ac destituebatur. Sic enim Samuel illi *I. Sam. XV. 26.* diuinam denuntiat desertionem: respuisti, inquit, Domini verbum, ideo Deus te etiam respuit, vt non amplius regnum possideas Israelitarum.

§. V.

*Cui Deus de-
serat impios.*

DEVS nunquam deserit homines, nisi ab his destituatur: sed simul ac homines deserunt Deum et male viuunt, sanctissimus Deus non potest non eos derelinquere. Repugnaret enim diuinae sanctitati, si Deus hostibus suis, semper sibi reluctantibus, gratiam suam, quam subinde aspernantur, largiretur. Quod vero impii Deum deserant, sacra volumina testantur: *Es. I. 4.* Heu gentem peccantem, populum iniquitate onustum, semen impiorum, filios perditos, עֲזָבוּ אֶת יְהוָה qui Iehouam deseruere, sanctum Israelitarum despicati sunt, retro

retro recefferunt! Et Siracides queritur XLI 8. sc. vers. gr. vae vobis, viri impii, οἰτινες εγκατελιπετε νομον Θεου υψι-
 58, qui Dei summi legem dereliquistis etc. Qui vero Dei legem relinquunt, Deum ipsum aspernantur et relinquunt. Conf. *Ier. IX. 3. Rom. I. 28. Ef. LIX. 2.*

§. VI.

PRIORI modo derelictus est a patre Christus, cruci affixus. Hic enim tum omni carebat solatio, quo antea fruebatur, et quod ex arctissima cum patre vnione promanabat. Etenim is vas factus erat pro hominibus eorumque criminibus, eratque ideo a patre deserendus, vt hac desertione expiaret desertionem primorum, imo omnium hominum, a Deo sceleratissimam. Quod Christus re uera a patre fuerit derelictus, testatur initium *Psalmi XXII.* vbi Messias queritur: אֱלֹהֵי מִי דֵּוּסָתִי לְמָה עִזַּבְתָּנִי mi Deus, mi Deus, cur me deseruisti? Quod vero hoc vaticinium agat de Christo, a patre derelinquendo ac pro hominibus passuro, id non modo ex toto *Psalmo* elucet, sed Seruator noster pientissimus ipse nos docet, haec verba omnino de se intelligenda esse, quandoquidem ex cruce pendens magna exclamabat voce: ΗΙ, ΗΙ, λαμα σαβαωθαι, Deus mi, Deus mi, cur me deseruisti? *Matth. XXVII. 46.*

§. VII.

SED licet Christus utique a patre, ex cruce pendens, derelictus fuerit, neutiquam tamen dicendus est desperauisse. Nam si desperasset, non vocasset patrem Deum suum; ex quo certe cognoscimus, Christum etiam in acutissimis corporis animique doloribus spem non plane abiicisse, sed eam firmiter in patre posuisse. Praeterea nullibi in sacris litteris legitur, Christum desperasse.

C 3

§. VIII.

§. VIII.

*Rediens ad
rem, de qua a-
gitur.*

AT pene eorum scriptorum factus fuisset similis, qui inter scribendum in exteris quasi regiones exspatiantur, multa ad rem non pertinentia proferunt, haud raro permulta, necessitate non urgente, ac saepe satis magna et longa pensa ex aliis libris, maxime peregrinis et raris allegant, tantumque a scopo aberrant, ut sui ipsorum et rei tractandae obliuii videantur. Ne igitur horum fiam similis, recurrendum est mihi, cursusque dirigendus, quo tendo.

§. IX.

*Deus pius non
deseruit.*

SIC egimus de derelictione, qua Deus impios in hac vita deserit, quam tandem, ubi in improbitate ac perversitate sua perseverant, relictio sequitur sempiterna. Sed de probis ac piis iam quaeritur, num et hi a Deo deserantur? quod plane negandum est. Vere credentes in angustiis quidem et miseria, qua premuntur, sibi saepe videntur a Deo derelicti, vid. *Pf. XIII. 2. 3.* עד-אנה יהוה השכחני נצח quousque tandem, Iehouah, immemor eris mei etc. Et Zion queritur *Ef. XLIX. 14.* עזבני יהוה ואדני שכחני derelinquit me Iehouah, et Adonai me oblitus est. Sed quid respondet Dominus? Num obliuiscitur mulier infantis sui, adeo ut non misereatur Filii uteri sui, et licet amittat eum ex animo, ego tamen immortalis te memoria retinebo etc. Quod perspicimus quoque ex dicto nostro: Nunquam vidi iustum derelictum etc. Et Iehouah promittit Iosuae, duci Israelitarum: ולא-אעזבך ולא-אעזבך לא ארפך ולא-אעזבך neque relinquam te, *Ios. I. 5. coll. Ebr. XIII. 5.* Quod et Siracides confirmat *II. 10. vers. Gr.* Τis ενεμενε τω φοβω Θεου, και εγκατελειφθη; quis in metu Dei

Dei

Dei perstitit, et desertus fuit? Conf. et v. 28. huius Psalms. Item *Pf. IX.* 11. כי לא-עזבת דרשיך יהוה quia non deseris quaerentes te, Domine; et *Dan. III.* 23. sequ. Et hanc esse sententiam omnium fere nostratium Theologorum, nemo facile inficias ibit; breuitatis causa vnus tantum mentionem faciam: est CHRISTOPHORVS HEINRICVS LOEBERVS, qui in *Explicatore Evangelico.* p. 717. ita scribit: Deus neminem sua gratia deserit, nisi prius ipse deseratur; non recedit ab homine, nisi prius homo ab eo recedat.

§. X.

SVNT, qui dicunt, Deum omnino nonnunquam relinqueret pios ad tempus, et hanc derelictionem vocant exploratoriam, paternam, particularem, eamque spectare ad paediam, nec esse sine solatio. Vide IOH. OLEARII *Theologiam vniuersam* p. 898. Allegant *II. Paral. XXXII.* 31. vbi Hiskias, Iudaëae rex, dicitur desertus a Deo, vt tentaretur, et patefieret, ecquid omnino haberet in animo. Item *Es. LIV.* 7. 8. vbi Iehouah ecclesiam Vet. T. sic alloquitur: breui spatio te dereliqui, et prolixa misericordia te colligam. Momentanea saeuicia tibi paulisper vultum meum subtraxi, et aeterna clementia tui miserebor, ait vindex tuus Iehouah.

§. XI.

VERVM enim vero neuter locus probat id, quod erat probandum. Sermo enim in his dictis non est de vere credentibus, sed de hominibus, tempore desertionis veram fidem non habentibus ac peccantibus in Deum. Ad Hiskiam quod attinet, confer *II. Reg. XX.* 12. sequ. vbi leges, Hiskiam legatis regis Babyloniae omnes

omnes suos thesauros ostendisse superbia ductum. Quoniam igitur Dominus, corda renesque scrutans, perspiciebat arrogantiam, in animo regis latentem, destituens illum permittebat, ut superbia ex animo eius erumperet. Dicat quispiam, in isto loco nullius fieri mentionem fastus: respondeo, nec *II. Sam. XXIV. 1. f. coll. 1. Paral. XXI. 1. f. cod. ebr. legimus*, regem Dauidem superbum fuisse, cum populum sibi subiectum numerandum curaret. Verum quis neget, Dauidem arrogantia impulsus iussisse Iobabum, ut Israelitas Iudaeosque numeraret? Ipse confitetur Deo *1. Paral. XXI. 8.* se ea re facienda peccasse grauiter et cet. Sic etiam Hiskias haud dubie instinctu Satanae omnia pretiosa visuque digna in aedibus regis iactandi se et ostentandi causa legatis monstrabat peregrinis.

§. XII.

Ad posterius.

NEC alter locus *Es. LIV. 7. 8.* huc spectat. Enim vero luculenter ex v. 8. apparet, non ibi intelligi vere pios homines, siquidem faeuitiae fit mentio. Nusquam vero legimus, Deum in viscera sua, nimirum vere credentes, faeuuisse. Sed pone, hunc locum utique agere de derelictione piorum, tamen inde probari haud potest, Deum reuera deseruisse hos probos, sed dicendum, eum desertionem tantum simulasse. Qua in re Deus similis est matri, infantem suum nonnunquam proiicienti, abeunti, ac simulanti, se illum destituisse, quem tamen tantum abest, ut dereliquerit, ut potius tanto complectatur amore, ut paullo post recurat, ambabus eum manibus arripiat, in gremio suo ponat, foueat, atque dulcissima eidem oscula figat.

§. XIII.

§. XIII.

NEC liberos posterosque honorum Deus repudi-
at, quod probatur *Exod. XX. 6.* clementia vtor, inquit
Iehoua, ad millesimam vsque stirpem erga mei aman-
tes, meaque praecepta conseruantes et cet. Hoc est,
si iustus tot posteros relinqueret, vt vel mille eorum
genera forent, neuiquam tamen eos omnes asperna-
bor, si me amauerint, meaque mandata executi fue-
rint. Quod attestantur etiam exempla filiorum, qui
uestigijs proborum parentum institerunt, ideoque a
Deo non reiecti ac deserti fuere. Huc pertinet exem-
plum Isaaci, Iacobi, Iosephi, aliorumque, qui, pii pi-
orum parentum filii, re ipsa experti fuerunt, Deum
non esse desertorem posterorum patrum eorum, qui
summa Dominum obseruantia coluere.

§. XIV.

CAVSSAE, cur Deus probos eorumque posteros
nec destituat, nec destituere possit, est fides vera et in-
de fluens innocentia ac integritas vitae, obedientia at-
que fuga peccatorum; quod probatur *Es. LIX. 2.* vbi
sic peccatores alloquitur vates: sed iniquitates vestrae
vos a Deo vestro disiungunt, peccataque vestra faciem
eius vobis subtrahunt, quo minus audiat. Si peccata
hominem a Deo seiungunt, sequitur, quod vitatio eo-
rum coniungat hominem cum Deo, vel faciat, vt De-
us ab homine neuiquam abrumpatur. Iehoua quoque
ideo fideles derelinquere nequit, quia hos, vtpote filios
suos, amore amplectitur ardentissimo. *Num obliuiscit-
ur mulier infantis sui? Es. XLIX. 15.* Imo propter
promissionem pios relinquere non potest. Vir hone-
stus seruat promissum, Germanis in prouerbio est:
quanto magis Deus fidelissimus promissa seruabit?

D

Vtrum

Vtrumque probatur dicto illo pulcerrimo folatiique plenissimo *Ier. XXXI. 20. Nonne pretiosus mihi filius est Ephraim? aut ילד ששועים filius deliciarum?* quoniam ex quo locutus sum cum illo, adhuc eius omnino memini, ideoque viscera mea in eum commouentur, et quasi tumultuantur, vt non possim non eius misereri, inquit Iehouah. Vide fontes, vbi quot verba, tot pondera. Conf. *Es. LIV. 7. 8. 10.*

§. XV.

*Quid hoc sit:
Deus non de-
relinquit suos.*

QUANDO Deus hominem destituit, discinditur quasi vinculum, quo homo cum Deo erat coniunctus, vel vnio mystica inter Deum et hominem tollitur, simulque, manente quidem prouidentia speciali, specialissima Dei prouidentia ratione eiusmodi hominis cessat. Propterea status, in quo homo a Deo non destituitur, consistit in vnione spiritali ac omnibus emolumentis, ex illa manantibus, et simul in prouidentia diuina specialissima. Quod posterius et Psalmus noster docet v. 28. vbi dicitur: et Iehouah non deserit pios suos, in aeternum custodiuntur; vbi custodiri nihil aliud est, quam cura specialissima foueri.

§. XVI.

*Pii misere vi-
uentes non sunt
a Deo relictii.*

SI quis obiiciat, pios saepe vitam parce ac duriter agere, vel etiam necesse iis esse ob maximam egestatem stipem cogere, vt ex nostro dicto apparet, ergo illos esse destitutos a Deo: respondemus, pater nonnunquam filium baculo vel virga ferit, aut alio modo castigat, imo domo expellit, quis vero ita statim concludat: patrem filium plane deseruisse, nec vnquam eum in gratiam reducturum? Sic sese res etiam habet cum patre caelesti, qui saepenumero probis hominibus varii immittit mala generis; imponit iis paupertatem, mor-

morbum, aliaque infortunia, qui a videt, res secundas illis magis nocere, quam prodesse; ex his vero nequam sequitur, Deum hos probos deseruisse ac deiuuisse. Sunt enim huiusmodi mala non τιμωριαι, sed παιδειαι, vel castigationes paternae.

§. XVII.

FRUCTVS, quos pii ex hoc capiunt, quod non derelinquuntur a diuino Numine, sunt multo iucundissimi dulcissimique. Nam posteaquam Deus proborum animas corporaque templa sibi fecit, habitat in iis, tanquam in domicilio suo, regit corda eorum, procreat in illis sanctas cogitationes, impellitque eos, vt has in lucem proferant per os et membra corporis; inprimis suauissimum iis solatium praebet in omnibus calamitatibus; fidem facit eis, se gratia apud Deum valere, se esse filios Dei et haeredes vitae aeternae.

§. XVIII.

A DEO desereri, maxima est infelicitas. Quo enim fugies, aut quis tibi auxilium feret, si summum Numen a te auersum fuerit? Si Deus tibi aduersatus fuerit, omnes res creatae tibi erunt aduersatrices. Sic enim Petrus I. Ep. V. 5. Deus, inquit, aduersatur superbis, vel, secundum fontes, omnes quasi exercitus contra superbos ducit. Conf. AMBROSIVS libr. II. de Cain, c. 9. Nihil grauius est, ait, quam errantem a Deo desereri, vt se reuocare non possit. Mors peccatoris finem peccandi affert, vita a diuino gubernaculo destituta praecipitatur, et in grauiora prolabitur, vt si gregem pastor relinquat, incurserint bestiae: ita cum Deus deserit hominem, ingruit diabolus. Graue est, praesertim insipientibus, non habere rectorem. Serpit malitia, vulnus augetur, vbi medicina defuerit. Contra non desti-

tui a Deo optimo, maximo, sed templum huius summe venerandi Spiritus manere, summa omnium felicitas est, felicitas, quae verbis non ea, qua par est, ratione exprimi potest. Id quod Assaph expertus est, qui *Pf. LXXIII. 25.* gaudio perfusus incredibili exclamat: מִי־לִי בַשָּׁמַיִם וְעַמְךָ לֹא הִפְצַתִּי בָאָרֶץ quis mihi in caelis excepto te? et si tecum fuero, nil mihi placet in terra.

§. XIX.

Datur. prouidentia diuina.

SI Deus iustos non derelinquit, sequitur, quod datur prouidentia diuina. Consideranti quidem, quod bonis saepe male fit, mali vero salue agant, facile in opinionem venit, non curare Deum res humanas, vel nullo modo prorsus esse Deum; sicut Nasonem audimus canentem:

*Cum vexent mala fata bonos, ignoscite fasso,
Sollicitor nullos esse putare Deos.*

Haud ignota praeterea est Stoicorum opinio, putantium, omnia fato fieri; vt et nonnulli de grege profanarum arbitrati sunt gentium: Deum vel Deos quidem dari, sed res, quae in terris agantur, curare, non esse dignum tantorum Deorum personis. Nos ex litteris diuinis multo aliter ac melius edocti affirmamus, Deum omnium rerum, etiam minutissimarum, curam agere, neque hoc illo esse indignum, neque hanc omnium rerum curam illi afferre, vllam anxietatem et sollicitudinem, sicuti curae humanae plerumque animum distrahunt, ac sollicitudine ac moerore saepius replent. Itaque sic argumentamur: si Deo neutiquam fuit indignum, res etiam minutissimas vilissimasque ex nihilo procreare, nec illo indignum erit, eiusmodi res minutissimas conferuare earumque curam habere etc. *Conf. Rom. XI. 36.* Οτι εἴ αὐτὰ, καὶ δι' αὐτὰ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα κ. τ. λ. quo-

quoniam ex illo, et per illum et ad illum omnia sunt etc. Si Deus curat aues et lilia, docente Christo *Matth. VI.* sequitur, quod etiam in minutissimis curam ponat suam etc.

§. XX.

SI Deus iustos non deserit, sequitur, quod detur *Datur prouidentia diuina specialis.* prouidentia Dei specialis, quae ad homines pertinet; quod ex antecedente paragrapho concludi potest. Si enim Deus passeret aliasque volucres et lilia cura dignatur sua, quanto magis hominum, ob rationem, qua praediti sunt, volucres longe superantium, rationem habebit? Id quod e sacro codice quoque demonstrari potest, *Matth. V. 45. Pater coelestis, inquit Christus, solem suum oriri facit in malos iuxta ac bonos, et iustos iniustosque compluit. Ps. CIV. 14. 15. laudibus effert prouidam Dei curam Dauides: Gramina, inquit, pecudibus germinare facis, et herbas ad usum hominum, elicicens ex terra victum: et vinum, quod hominum exhibaret animos etc.*

§. XXI.

SI Deus iustos non destituit, sequitur, dari *Datur prouidentia diuina specialissima.* prouidentiam diuinam specialissimam, qua probi ac pii duntaxat gaudent. Quemadmodum prudens ac pius paterfamilias habet quidem rerum animantiumque domesticarum, praecipue seruitii, singulari vero cura liberos fouet suos: Sic et magnus ille paterfamilias, qui cuncta gubernat, omnium quidem rerum creaturarum curam habet, inprimis hominum, maximam vero curam agit piorum. Hi enim sunt *ילדי טעשועים* filii deliciarum summi illius parentis, *Ier. XXXI. 20.* Hi sunt *אישון בת-עין* pupilla oculi eius, *Ps. XVII. 8. coll. Zach. II. 12. sc. Cod. Ebr.* Quae prouidentia Dei

specialissima in Psalmo nostro tantopere elucet, vt hic speculum prouidentiae diuinae specialissimae recte vocari possit. Conf. *Pf. XXXIII.* 18. 19. Ecce intentum habet oculum Iehouah in sui metuentes, in eos, qui suspiciunt eius clementiam etc. De qua specialissima Dei prouidentia cum sacra volumina passim testentur, non est, quod plura loca allegentur.

§. XXII.

*Deo etiam mi-
seri homines, si
probi fuerint,
curae sunt.*

SI Deo iusti eorumque posterii curae sunt, quamuis oporteat hos victum ab aliis petere, sequitur, quod etiam miseros et pauperes homines praecipuae sibi curae habeat, si modo Deo confidant in miseria sua et crimina fugiant. Quocirca ii, qui in loco nostro iusti nominantur, saepius in litteris sacris vocantur egeni et pauperes, ex. gr. *Pf. XII.* 6. et alibi plurifariam, non solum quia egestatem ac miseriam suam spiritualem agnoscunt, sed etiam quoniam haud raro miseriis et aerumnis, quae ad corpus et hanc vitam pertinent, premuntur.

§. XXIII.

*Non omnes
miseri pro im-
piis habendi
sunt.*

SI Deus non relinquit semen seu posteros piorum, quaerentes panem, sequitur, non omnes miseros ac pauperes pro impiis esse habendos. Dantur enim et iusti iustorumque posterii inter eos. Errant igitur, qui putant, omnes miseros homines ideo esse miseros, quia Deum deseruerint, et voluptatibus aliisque vitiis se tradiderint. Non quidem negari potest, permultos mendicos, aegrotos et ad incitas redactos homines egestatem, morbum, aliaque mala sua sibi ipse culpa contraxisse: Sed quis affirmet atque demonstrat, omnes miseros homines ideo esse miseros, quia sint impii, quia ipsi miseriae suae causa sint? Contrarium sa-
crae

crae paginae passim testantur ; v. gr. *Pf. XXXIV. 20. multa mala sunt iusti.* Et *Prou. XXIV. 16. שבע יפול זדוק iustus labitur septies et cet.* Vbi non agitur de lapsu grauiore in peccata, quemadmodum impii haec verba interpretantur, sed de lapsu in infortunium; vide verba sequentia: at impii corruunt in malum, B. LUTHERVS: *aber die gottlosen versincken im unglück.*

§. XXIV.

SI posterius iustorum saepe sunt *מבקשי לחם* quae rentes panem, sequitur, quod Deus non omnes iustos ac pios fortunatos esse iubeat, nec piorum liberi et posterius omnes felici sorte gaudeant, nimirum quod ad opes huius mundi attinet. Exemplo est Maria, mater Seruatoris castissima, cui generosa quidem stirps non deerat, utpote quae genus a rege Dauide ducebat, sed stirps regia adeo decreuerat, ut Mariae necesse esset fabrico lignario nubere, ipsi ab Dauide oriundo. Causa vero, cur Deus pios eorumque posterius saepe patiatu esse miseros, sine dubio inter alias haec est, quia Numen illud sapientissimum prouidet, eiusmodi pios non nisi per varios casus variaque rerum discrimina in sedem beatorum posse perducere, eosque felicitate huius vitae, si nacti eam fuerint, abufuros.

§. XXV.

DAVIDES, aetate prouectus, dicit, *se nunquam vidisse vel expertum esse iustum a Deo fuisse derelictum.* Ex quo videmus, natu grandiores peritia rerum valere; quod vero vincant iuuenes experientia, experientia ipsa docet. Iuuenes quidem ex libris sibi quandam comparare possunt peritiam, nihilominus tamen ipsi non possunt gloriari, se multa esse expertos, siquidem haud multos annos vixerunt; at vero senes, annos

22
20
23
19
24
15
17
16
18
33
17
10
11

annos sexaginta, septuaginta vel octoginta nati, plurima a pueris experti sunt. Quapropter experientia a Siracide recte vocatur senum corona, seu gloria, c. XXV. 6. fec. vers. gr. *Στεφανος γεροντων πολυπειρια, και το καυχημα αυτων φοβος κυριου, senum corona est multa experientia, et gloria eorum Domini metus.*

SECTIO PRACTICA.

§. I.

Pii omnes curas Deo committunt.

CVM pii audiunt, iustos a Deo non relinqui, sed hos omnium maxime illi curae esse, omnes curas, sollicitudines, aerumnas, et, vt cum Dauide loquar, omnes vias suas huic prouidenti Numini committant, certissime sibi persuasi, Deum omnia tandem bene facturum. Sic enim Dauides in nostro Psalmo iustum hortatur: *reclina*, inquit, *in leuam vias tuas*, seu rationes, *eique confide* יהוה וישעיה *et ipse faciet.* Et *Siracides II. 12. ecquis*, inquit, *Domino fidem habuit, et frustratus est?* Conf. *I. Petr. V. 7. Ps. LV. 23.*

§. II.

Impii scelera omnemque impietatem deserunt.

SI sceleribus obruti, criminibus obstrikti omnesque a Deo auersi percipiunt non desereri a Deo, illos omnino oportet scelera, voluptates, omnemque impietatem derelinquere, eam cane peius et angue fugere, seque totos per veram conuersionem Domino dedere: tum poterunt certissime sperare, se eadem, qua pii felicitate gaudent, perfruituros, nimirum se nunquam rursus a Deo desertum iri, quemadmodum hucusque propter peccata ab eo fuerant relictii.

§. III.

Pii Deum non deserunt.

PII magnopere caueant, ne Deum deserant, hoc est, ne fide amissa, in peccata, antea commissa, relabuntur;

bantur; sicut Demas, amore huius vitae captus, Paulum Deumque ipsum deseruisse fertur 2. *Tim. IV.* 10. Quamdiu enim probi per fidem Deo vniti frugaliter ac iuste pieque viuunt, haud illis est verendum, ne a Deo derelinquantur, vtpote qui nunquam deserit hominem, nisi ab homine desertus.

§. IV.

MULTI parentes tum ipsi in diem et impie viuunt, tum prolem suam voluptatibus se tradere et impietati patiuntur. At vero parentes, suae natorumque ac posterorum salutis cupidi, non ipsi tantummodo pietati maximo studeant opere, verum liberos etiam die noctuque adhortentur, vt virtutes omnemque pietatem fortiter sectentur, probe gnari, se vna cum sobole et posteris a Deo desertum iri, si Deum male viuendo deserant; contra neque se, neque posteros suos a Deo derelictum iri, si vtrique in vera perstiterint probitate.

§. V.

FILII ac posteri proborum parentum maiorumque non gloriantur de his patribus auisque piis, quemadmodum Iudaei se iactabant, habere se Abrahamum parentem, *Iob. VIII.* 33. 39. Nam nisi ipsi pietatem coluerint, parum iis proderit pietas maiorum. Deus enim non relinquit seruatorum suorum posteros, sed pios ac in pietate perseuerantes.

§. VI.

PAUPERES alique non adeo secundae sortis homines ab imprudentibus plerumque contemnuntur. Sed neque illi flocci sunt pendendi; quandoquidem iusti saepius his mixti sunt, quorum Deus, tanquam liberorum suorum, praecipuam habet curam, etiamsi ob causas, ipsi optime notas, miseram ducant vitam. Et hic valet illud: quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Nonne tibi displicet, si despiciatui ab aliis habearis? ideo nec alios despicio, pauperrimos licet ac infortunatissimos.

§. VII.

LIBERI probi plerumque imitantur ea, quae a parentibus

E

Cura habenda est piorum,

maxime fidei nostrae commissorum. bus probe et honeste fieri vident. Igitur filii diuini parentis morigeri si volumus esse, premenda sunt nobis illius vestigia ratione curae pro miseris probis. Quemadmodum enim Deus non deserit pios, etiam miseros, sed curam eorum agit singularem: Sic nobis curae sint miseri, maxime pii fideique nostrae commisi.

§. VIII

Exempla diuinae prouidentiae obseruatio. CVM videamus, Dauidem non neglexisse diuinae exempla prouidentiae, sed a puero diligenter obseruasse: Nostrum quoque est, non pecudum more viuere, nec vllius rei, nisi cibi et potus, atque ad corpus pertinentium, curam habere, sed scrutanda nobis sunt diuinae documenta prouidentiae, quae facile in oculos nostros incurrent, si modo eos rite aperiamus, hominumque actiones ac statum recte contemplemur.

§. IX.

Etiā principes mirantur suisque proponunt exempla diuinae prouidentiae. REGES ac Principes non mirentur modo exempla diuinae prouidentiae, quae vel in semet ipsis, vel in aliis obseruant, verum documenta etiam diuinae prouidentiae, maxime specialissimae, oculis ministrorum suorum omniumque eorum, qui imperio suo sunt subiecti, subiiciant; quae eo maioris apud eos ponderis futura sunt, quo libentius ministri subiectique principum suorum exempla intueri imitarique solent. Rex Dauides vtrumque fecit; nec dubium est, eum ministris, aliisque aulae suae hominibus Psalmum hunc, adeoque dictum nostrum, saepe ante oculos proposuisse.

§. X.

Senes exempla diuinae prouidentiae aliis ob oculos ponunt. SENES exempla diuinae prouidentiae, in primis, specialissimae, cuiuscunque sint sexus ac aetatis, hominibus sedulo ob oculos ponant, et eos quasi calcaribus concitent, ad fidendum Deo pieque viuendum, vt fructus fidei ac integrae scelerisque purae vitae capiant dulcissimos. Quod videmus Dauidem facientem, qui alloquitur in nostro Psalmo pios cuiuscunque sexus vel aetatis, adhortatur eos ad probitatem sectandam, mon-

monstrat illis multis verbis amorem Dei ac fauorem, quo amicos suos complectatur, denique praedicat iis, ipsos nunquam a Deo derelictum iri.

§. XI.

SENES reminiscantur beneficiorum, a Deo in se aliosque, quos nouerant, a teneris collatorum, laudentque prouidam Dei curam, benignitatem ac beneficentiam. Sed permulti senes beneficiorum, quibus a pueris cumulati sunt a Deo benignissimo, obliuiscuntur; contra crimina puerilia iuueniliaque non sine gaudio ac voluptate recordantur aliisque narrant. Melius se gerit Dauides noster, qui saepissime in Psalmis mentionem de beneficiis facit, apud se a Deo depositis, eaque laudibus ad caelum summis extollit; at de peccatis iuuenilibus queritur: *נֹחַדְתִּי אֱלֹהִים וּפְשָׁעֵי אֶל־תּוֹבָר* noli, Iehouah, meminisse peccata iuuentutis meae ac delicta mea, *Pf. XXV. 7.*

§. XII.

SI quem oportet misere victum quaerere, improbisque laboribus se frangere, non omnem statim spem abiiciat, modo vitia fugiat, confidat fidissimeque seruiat Deo, nunquam ipsum deserturo, sed omnia ad victum et amictum necessaria certissime illi ministraturo.

§. XIII.

PII parentes saepe sunt solliciti de liberis suis. Quomodo, inquit, se gerent? Num iis in posterum bene an male erit? Sed istius modi cura non sollicitari atque angri se patiuntur, pergant potius Deum adamare, eique perpetuo obedire, moneant assidue et cohortentur filios filiasque ad studium virtutum, illis haud nimium indulgeant, ardentissimasque semper pro iis ad Deum preces fundant, cetera commendent illi, qui promisit Abrahamo *Gen. XVII. 7.* ero Deus tibi et semini tuo te mortuo.

§. XIV.

PII Deum etiam atque etiam rogent, ne se suosque destituat. Sic precatur Dauides *Pf. CXIX. 8.* Ne me desere omnino,

mnino, mi Deus. Et *Pf. LXXI. 18.* וְגַם עַד-זְקֵנָה וְשִׁיבָה אֲלֵהֶם אֵל-תִּעֲזָבֵנִי ne ad senectam quidem et canos, Deus, me derelinque et ect. Et *Pf. XXXVIII. 22.* אֲלֵהֶם אֵל-תִּעֲזָבֵנִי יהוה ne me desere, Iehouah et cet. Obtestantur vero probi homines Deum, ne se relinquat, non ideo, ac si vereantur, ne a Deo fidissimo derelinquantur, sed partim vt officio suo fungantur, partim vt testentur, quanti ipsorum intersit, a Numine immortali non derelinqui.

§. XV.

*A Deo non de-
seri, magnum
piorum solari-
um est.*

O QUANTVM solatium piis inde nascitur, cum audiunt, neque se, neque posteros suos, si Deum semper veneraturi fuerint, vnquam ab eo relictum iri! Iucundum est ab amicis ac necessariis in rebus secundis non deseri, iucundius ab iisdem in aduersis non destitui, sed a Deo nunquam derelinqui, omnium multo iucundissimum. Igitur pius ac probus homo si ab omnibus amicis et necessariis relinquatur, si omnia bona ac facultates perdat, si in summas angustias adducatur, quin imo si caelum ipsum ruat, neuiquam tamen sibi desperat, sed est animo bono ac robusto, certissime persuasus, nunquam se a Deo desertum iri.

§. XVI.

Finis.


EXTREMAM iam Commentationi huic manum imponens gratias ago habeoque tibi, Numen optimum, quas possum maximas pro innumeris beneficiis, quae ab incunabulis a manu tua benignissima accepi; nunquam ea, dum spiritus hos artus reget, ex animo, tibi gratissimo, deleturus sum. Oro vero etiam atque obsecro te, Iehouah omnium maxime venerabilis, qui omnia conseruas ac gubernas, vt ne me derelinquas, neque omnes, tibi perpetuo confidentes. Inprimis ne desere, Deus benignissime, Vnctum tuum, REGEM NOSTRVM AVGVSTVM AVGVSTISSIMVM, aetate iam prouectum, protege eum brachio tuo omnipotenti, largire illi prosperam semper valetudinem, robora vires eius corporis, et fac, vt senectus eius pariter viridis sit, atque iuuentus fuit. Nec desere, bone Deus, totam regiam domum ac profapiam, sed iube eam crescere ac virere vsque ad omnium rerum finem.



Index


1. G. C. Hormanni Chronologica Ser. Ez. Hagg Zach. Esr. & Nehem variis Cherati illustrata.
2. C. S. Meintel (S. P. J. M. Nagelii) de locis quibusdā sibi, in quibz schultei maj. sine desiderit
3. J. S. Weickmanni Tobus Resurrectionis non typus sed professor
4. J. B. Sæpio in C. Tob. XIX. 25 formulam ויד' 739 59 de Goole usurpatam.
5. C. F. Weinsdorffius de Deo hominis manus obsequante ad Is. xxxvii. 7
6. C. B. Michaelis de Jesu Filio Dei per resurrectione ex mortuis demonstrato ex J. II. 7.
7. J. G. Hüfchius (S. P. J. C. Hebenstreitii) de Discrepantiā & Consensu J. XVIII. & II. Sam. xxi.
8. J. G. Grotz de Deo, pios piorumq. posteror non deserente, ad J. xxxvii. 25.
9. J. F. Bopius de Cultu Dei in silentio, ad J. Lxv. 2.
10. G. C. Goldschad de Choro Musico gloriam Christi celebrante ex J. Lxxviii. 26.
11. N. Nonner de Trippor & Deror symbolis Profelytorū sub Isaphati regis gregorū, ad J. Lxxxiv. 4.
12. G. M. Rieckertz Commentatis ad J. CIII. 5.
13. a. C. F. C. Wikenii Diff. prior in Proverb. xxii. 20.
b. Diff. posterior.
14. J. F. Pütleri (S. P. J. F. Schreberii) Vindiciae Salomonis adversa criminationem Septuaginta.
15. J. V. Brüggen Disquisitione: Utrum Salomō Eccl. vii. 2 diem hominis natalem inuget?
16. J. F. Cotta de Rectitudine hominis primavera secundum orac. Is. vii. 30.
17. J. H. a Seelen Summa doctrinae e Cōhel. xii. 13. 14.
18. C. Thonius de Lilio Saronitico, emblemate Sponsa ad illust. l. Cant. II. 1.
19. W. F. F. Gesner (S. P. J. F. Cotta) de Gloriosa Majestate Dei trionis, juxta orac. Is. vi. 1-3.
20. C. F. Bauer de Voce in deserto G. xl. 3-5 coll. Is. III. 4-6.
21. J. F. Winter de Vocatione Nestor a Patre ad munus mediatorū, ad G. xlii. 6. 7.
22. J. F. Petreji (S. P. W. Lüperi) Christi patientis G. Lxxiii. descriptio.
23. J. G. Hoffmann de Sceptro Filii Dei omne lignum fuerente, ad Ezech. xxi. 10 & 13.
24. C. H. Falke de Potiori celestis felicitatis gradu pui in serolis Doctoribz promisso, ad Dan. xii. 3.
25. J. A. Pathe In Aquila reliquias interpretationis Is. 66.
26. J. F. a Duhn de Unione Missica ex V. S. Hof. II. 19. 20 delineata.
27. J. B. Betke (S. P. C. G. Hoff) Stilus Amosi propheta ex illius vita erutus.
28. J. G. Ziefing (S. P. J. G. Walchii) de topua summo sacerdote, Christi typus ex Zach. III. 1. 2.
29. Th. Dussorn Missa Malach. I. 2. non indinata.
30. J. H. Becker de Haaco fidei conjugalis exemplo, ad Malach. II. 15.
31. a. & b. N. W. C. Sturff (S. P. J. F. Hütti) de Clia futuro jam manifestato, d Malach. III. 23. 24.
32. E. S. Stickeromanni Nasora ad ficiu totius legis, Prophetarum ac Hagiographorum illuminata.











* (o) *

17

in literis supra designatis eundem reperiri
 (scilicet 1273.) Et dimidium eius est Cap.
 וְיָהוִי בַעֲשֵׂתִי -- עֶשְׂרֵה שָׁנָה בְּאַחַר לַחֲרֹשׁ
 s eius 29. וַתֵּרָא אֹתוֹ כִּי-טוֹב הוּא. Exod.
 in literis supra designatis habetur signum.

d.) ad מ ל א כ ו

num יוֹתָקָה est abbreviatura pro
 יוֹתָקָה יְשַׁעְיָהוּ תְּרִי עֶשֶׂר קִיב Iesaja, duodecim
 minoribus) Threnis, et Ecclesiaste. Maso-
 num est, quod legitur in fine קְהֵלָה siue
 etque in quatuor istorum librorum le-
 li, repetendum esse versum penultimum,
 iam posuerunt ultimum) melioris ominis
 in ultimus versus, uti iam indicatum, in
 tristes, hic ne animus lectoris horribili
 acius discederet, statuerunt repetendum
 ecedentem, ut laetiori eius doctrina re-
 in meditatione pia confirmaretur.
 usam Iudaei in his quatuor libris pen-
 sus de nouo adscribunt et imprimunt,
 sine punctis, ut denotetur illos quatuor
 C
 versus

